



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

23 Januarij. 10 Cal. Febr.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

Amor  
erga  
Deipa-  
ram

runt etiam vestimenta, quę in morbo-  
rum remedium adhibita, præsentissi-  
mani multis salutem attulerunt. Non  
me latere potest, quot nominibus Magnę  
cælitum Reginę sim obstrictus: hinc frigi-  
dissima mea erga illam obsequia erubesco.  
Tu tenuem, quam habeo, amoris venera-  
bundi scintillam in magnum, & tanta  
Virgine dignum incendium suscita. O fe-  
lices flamas, si inter illas emori contingat!

S. BERNARDUS, hom. 2. sup. Miss.

Fiducia  
in Patro-  
cinio  
Marię.

In periculis, in angustijs, in rebus  
dubijs; Mariam invoca, Mari-  
am cogita. Ipsam sequens, non de-  
vias; ipsam rogans, non desperas;  
ipsam cogitans, non erras; ipsa te-  
nente, non corruis; ipsa protegente,  
non metuis; ipsa duce, non fatigaris;  
ipsa propitia pervenis.

(☩)(☩)(☩)(☩)(☩)(☩)(☩)

23 Januarij. 10 Cal. Febr.

Floruit  
anno  
1260.

B. BERNARDE, Comes Lippien-  
sis. Qui educatis pijsimè in con-  
jugio filijs, jugum Cisterciense, illo  
priori suavius, suscepisti in Campo  
MARIÆ: ibique Abbas electus, tam  
vehementi zelo animarum, ad Christi  
ovile

ovile adducendarum exarsisti: ut in ultimam usque Livoniam periculis & laboribus plenum iter susceperis. Ubi adeo fecunda spargebas Verbi divini femina; ut brevi numerus fidelium cōdendo Episcopatu suffecerit. Apostolica igitur auctoritate confirmatus, à proprio filio Othone, tunc Trajectensium Pastore, in Episcopum Lealhensem es inauguratus. Alium deinde filium Gerardum ambo vos, parens & frater, in Archiepiscopum Bremensem (raro, & vix à sæculis pari felicitatis exemplo) consecraftis. *O pie, & admirabilis Præsul! Esto mihi Bernardus; id est mellifluus patronus. Sim & ego unus ex filijs tuis. Consecra omnes actus meos, ut placeant Deo. Erudi me, ceu Livones tuos in sacrosanctis Fidei mysterijs: & gratiam impetra, sanctè in illorum confessione moriendi.*

*Apostolus Livonie.*

*A filio parens consecratur Episcopus.*

*Fides.*

Venerabilis GUIDO: qui ob probatissimam in Ordinis observantia vitam, Floridi-Campi Prior, indeq; Abbas electus; virtutes tuas magis, quàm te, altiùs esse evectas, opere demonstrasti. Illa verò promotio tua, quàm sibi grata, atque à se præordinata sit, cuidam sanctæ sceminæ revelavit DEUS: qui etiam te denique electione feliciori Electis suis in cœlo adscripsit.

*Exora*

*Floruit circa annum 1191.*

66 ANNI CISTERCIENSIS

Exora Divinam misericordiam, ut & me numerare dignetur inter Electos. Et quamquam reprobis me adjudicent peccata mea, me tamen in spem erigunt suavissima illa Christi verba; quibus in mundum se venisse dicit, non ut justos, sed peccatores vocaret.

Predestinatio

S. BERNARDUS, ser. 1. in Septuag.

Fiducia de predestinatione

Nescit homo, si sit dignus amore, an odio. [ Eccl. 9. ] Certitudinem utiq; non habemus: sed spei fiducia consolatur nos, ne dubitationis hujus anxietate penitus cruciemur... Itaq; qui stat, videat, ne cadat: & in ea forma, qua salutis indicium est, & argumentum predestinationis, perseveret, atq; proficiat.

(☩)(☩)(☩)(☩)(☩)(☩)(☩)

24 Januarij. 9 Cal. Febr.

Obijt  
anno  
1172.

B. FELIX Odulane, Geripontis in Hybernia monache: qui celestium rerum contemplationi tam feliciter eras addictus; ut orationi imperturbata & immobili attentione vacares. Passionum porrò inquietos motus ita castigationum severitate edomuiisti; ut vix senti-